Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



satur indulsisse singulis annis in Danubio
libere possint traducere sine muta. Conce
dentes ipsis has nostras litteras in testimonium su
per eo. Huius rei testes sunt Illustris Albertus
Dux Saxonie princeps noster karissimus. Nobiles
viri. Frater Burgravius de Nyrenberg. Co
mes de Hardeke. Leytold et Henricus de
Chymring fratres. Henricus Chunrad
et Syboto fratres + et alii quam plures. Datum wi
enne. v. kal. Maii. Indictione ix. Anno domini
millesimo. Ducentesimo. Octogesimo primo. Regni
vero nostri anno Octavo.

+ deporendorf

Item aliud de libertatibus hominum nostrorum in
Austria et precipue colonorum nostrorum in Egen
burga. cuius initium tale fuit.

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper
Augustus prudentibus iuris Judici et u
niversis Civibus de Egenburch dilectis suis
fidelibus gratiam suam et omne bonum. Volentes
quod Religiosi viri abbas et conventus de Zwe
tel dilecti devoti nostri sine quolibet offendi
culo in pacis quietudine requiescant. Ut ac
tus suos laudabiles felicius dirigere vale
ant ad salutem. Fidelitati vestre firmiter preci
piendo committimus et mandamus precisequ
volumus. quatinus predictos fratres et eorum mo
nasterium suosque homines sub iure et consue
tudine hactenus suo ordini observatam a
liquibus exactionibus precariis seu stiuris pre
gravare nullatenus presumatis. Sed ipsos po
cius sicut favorem nostrum diligitis eisdem
suis iuribus et consuetudinibus quibus a lon
gis retroactis temporibus sunt gavisi libere
paciamini congaudere. Datum wienne pri
die Idus aprilis Regni nostri anno vij.

Rudolfus dei gratia Romanorum
Rex semper Augustus Judici et uni
versis civibus de Egenburch dilectis fidelibus su
is gratiam suam et omne bonum. Sua nobis
Religiosi et in Christo dilecti abbas et conventus
de Zwetel querimonia monstraverunt. quod
vos contra libertates eorum antiquas ac ipsis
hactenus observatas monasterii sui ho
mines et colonos ad contribuenda vobis
cum Stiurarum et precariarum onera iniuriose
compellatis et artatis. In iuris et libertatis
sue veteris dampnosum dispendium et gra
vamen. Qua propter fidelitati vestre manda
mus et mandando precipimus firmiter
et districte. quatenus ab hiis colonorum suorum et
hominum exactione indebita desistentes
libertates eorum et iura quibus antiquitus et
usque adhuc tempora sunt gavisi deinceps
iniuriose turbare nullatenus presumatis.
Alioquin Stephano de Misschowe Marschal
co austrie fideli nostro damus auctoritate presentium
firmiter in mandatis. ut prefatos abba
tem et conventum contra quoslibet libertatum
suarum et iurium turbatores manutene
at et defendat. Datum wienne. iiij. Idus
Maii Regni nostri anno vj.